Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in regno patris mei. Qua gloriosa & perpetua gloria glorificati. in iudicio cū xpo
apparebunt electi. Venit ergo in iudicio apparere in sanctis suis glorificatus.
qui uniquis apparuit in passione sua despec[illegible] tus. & qui ante pilatū.
& pontifices iudeorum. in primo aduen[illegible] onuo. [illegible] tu apparuit humilis
& pusillus. in secundo gloriosus. magnus & [illegible] OSTO[illegible] excelsius apparebit dns.
etiam mirabilis fieri in omnibus. qui crediderunt. Ipse enim dominus iesus xps.
qui semper ammirabilis est in sua diuinitate: factus est & nobis ammirabilis in sua
natiuitate & humilitate: ammirabilis in conceptione: ammirabilis in passione:
ammirabilis in resurrectione: ammirabilis in ascensione: Ipse adhuc ammirabi
lis apparebit in omnibus qui ut credendum est. in eum crediderunt. in ultimu
iudicii reuelatione: ut ab illo mirabili. mirabiles facti sunt. uniantur cum illo
glorificati in eternum. Ipse enim est mirabilis deus. de quo ysaias ait: Et uoca
bitur nomen eius ammirabilis. consiliarius. deus. fortis. & cetera. Et dauid.
Mirabilis inquit deus in sanctis suis. Cuius gloriam resurrectionis iuderunt &
crediderunt populi xpistiani. & iudicio glām maiestatis eius soli iudebunt
electi. Ut ambulemus digne deo in omnem agnitione voluntatis ei. Lxii.

POST ACCEPTAM SACRI BAPTISMATIS
Fundam. & per manus impositionis episcopi susceptam spiritus sancti
gratiam. potissimum est homini impleri cognitione dei uoluntatis. ut
ea que sunt uoluntatis di faciat. & omnibus secundum uoluntatem eius iu
uat. quia quanto quisq; habuerit uoluntatis dei cognitionem. tanto & maies
tatis eius habebit timorem. & cordis erga eum tenebit dilectionem. Et intantū
digne deo poterit ambulare: & intantum illi placere. & in omni opere bono
fructificare: Iste g̃ digne deo ambulat. qui fidem quam in baptismate per
domini accepit grātiam. cotidie bonis operibus accumulat. qui membra sua
que sunt super terram mortificat: ut deo spiritualiter uiuat. & ei cui se
probauit. iuste & pie uiuendo placeat. deo per omnia placentes. Hemo ergo
deo placere: & ad eiam potest beatitudinem peruenire: nisi per mortifica
tionem uitiorum. & assumptionem uirtutum. per fidem rectam. & opano
scam. ni. Et neq; in hoc seculo sine his duabus rebus. si tamen operandi affuerit
tempus. quisq; iustificationis consequitur gratiam. neq; in futuro uitam pos
sidebit eternam. In omni opere bono fructificantes. Ille bene in omni
opere bono fructificat. qui accepto in corde uerbi semine: ut terra bo
na & optima. aliud tricesimum. aliud sexagesimum. aliud centesimum fruc
tum affert in patientia. Et notandum. quia tacite in hoc loco desidiosas ar
ripit mentes. qui in melius non crescunt. nec bonum opere amplius